Nos Brenath de Debra et Hinek de Wyzlawyesch Recognoscimus tenore presen-
cium quibus expedit universis. Quod quemadmodum Serenissimo principi et domino domino
Kazimiro dei gracia Regi polonie Magnoduci Lythwanie Russie prussieque domino et
heredi etc. domino graciosissimo in prussia et alibi novissime servivimus. Tandem
facta nobiscum eius debita racione pro omnibus serviciis nostris, pro tempore quo
in huiusmodi serviciis persistimus, et pro dampnis que in ipsis serviciis percepimus
totalem et omnimodam solucionem et satisfaccionem recepimus et habuimus manualiter
et in effectu, de quibus dominacionem suam propterea quittamus presentibus. Omnesque et singulas
literas nostras indempnitatis et inscripcionum quascumque racione prefatorum serviciorum super
dominacionem suam habemus cassamus annullamus et in nichilum redigimus. Nullius roboris
aut firmitatis eas in perpetuum recognoscimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra
presentibus sunt subappensa. Datum Cracovie feria tercia ipso die sancti Arnolphi
confessoris et doctoris. Anno domini Millesimoquadringentesimooctuagesimo

Nos Skrenath de Debra et Hynek de Wyelawyesch Recognoscimus tenore presen-
cium quibus expedit universis Quod quemadmodum Serenissimo principi et domino domino
Kazimiro dei gracia Regi polonie Magnoduci Lythwanie Russie prussieque domino et
heredi etc. domino graciosissimo in Prussia et alibi servivimus serviciis nostris Tandem
facta nobiscum desuper debita racione pro omnibus serviciis nostris pro hiis quo
in huiusmodi serviciis persistimus Ac pro dampnis que in ipsis serviciis percepimus
totalem et omnimodam solucionem et satisfactionem percepimus et habuimus manualiter
et in effectu De quibus dictam suam Maiestatem quittamus per presentes Omnesque et singulas
litteras nostras Indempnitatis et Inscripciones quascumque occasione prefatorum serviciorum super
dictam suam Maiestatem habuimus cassamus annullamus et in nichilum redigimus nullius roboris
aut firmitatis esse in perpetuum recognoscimus In cuius rei testimonium Sigilla nostra
presentibus sunt subappensa Datum Cracovie feria tercia ipso die sancti Arnolphi
[illegible] Millesimo quadringentesimo [illegible]

18

Casimirum Regem quietat Bernath de Dobra et Rynell de Melaniis de stipendiis sibi solutis. 1480

Ex Varys

1480

81

Casimirum Regem quietat Bernath de Dobra et Rynelt de Melanics de stipendiis sibi solutis. 1480

Ex Variis

1480